Teſtamentum ab initio Validum Rumpitur 1. *Agnatione ſui hæredis. v. p. 397.* 2. *Mutatione voluntatis. L. 4. ff. d. adim. l. transf. leg. quæ Declaratur l. Verbis l. Factis, & quidem aut* | *Teſtamenti poſterioris confectione. v. pag. præc.*

TIT. IV.

De his, quæ in Teſtamento Delentur, Inducuntur vel inſcribuntur.

Tabularum Corruptione, inductione ſ. cancellatione. a. l. 22. C. d. ſolut. deletione (quæ fit lituris) *inſcriptione* (per literas priorem ſcripturam turbantes) *ſigillorum turbatione. L. 30. C. d. teſtam.*

- *Dummodo Facta ſit*
  - 1. *à Teſtatore* vel alio ejus juſſu. *d. l. 30. j. l. 1. ff. h.*
  - 2. *Conſultò. l. 1. ff. h.* quod præſumitur ſi teſtamentum deprehendatur apud teſtatorem. *a. d. l. 30.* niſi in alienationem mentis inciderit. *a. l. f. ff. d. injuſt. rupt.* Inconſulta autem deletio & inductio non nocet, quoties ea quæ ſcripta ſunt in teſtamento legi queunt. *l. 1. ff. h. j. l. 7. §. f. ff. d. ſupell. leg.*
  - 3. *In totum, vel ita ut hinc de mutata voluntate conſtet:* verbis enim quibusdam ſaltem cancellatis ſolum id, quod deletum eſt, infirmatur, niſi appareat ex circumſtantiis teſtatorem totam voluntatem ultimam tollere voluiſſe. *l. 2. ff. h. Perit* igitur *Nuncupativum* quoque *Teſtamentum* ſ. explicitum ſ. implicitum *in Inſtrumentum à Notario redactum Teſtatoris cancellatione inſtrumenti*, licet in Protocollo Notarii id deletum non fuerit. *a. l. 15. §. 1. ff. d. teſtam. mil. l. 1. §. 8. ſi tab. teſt. null. ext.* Laut. *Diſſ. d. cancell. th. 35.* Paul. d. Caſtro *ad l. 30. C. d. teſtam. n. 7.*
- *Non ſola Teſtamenti Judicialis ab actis Repetitione Dec. El. 44. ibique* Phil. *Obſ. 3.* neque verbis in margine teſtamenti appoſitis ſenſum & voluntatem teſtatoris non invertentibus. *l. 1. ff. d. injuſt. rupt. irr. j. l. 21. §. 1. ff. qui teſt. fac.* Carpz. *P. 3. C. 3. d. 5.*

1. Si nemo ſubiit hæreditatem, omnis vis teſtamenti ſolvitur. *L. 181. ff. d. R. J.*
2. Ambulatoria eſt voluntas teſtatoris usque ad vitæ ſupremum exitum. *L. 4. ff. d. adim. vel transfer. leg.*
3. Poſteriore teſtamento, quod jure perfectum eſt, ſuperius rumpitur, nec intereſt, extiterit quis hæres ex eo an non. *§. 2. I. quib. mod. teſt. inf.*
4. Teſtamentum cujus ſignacula à teſtatore inciſa vel ablata ſunt non valet. *L. 30. C. d. teſtam.*

TIT. V.

De Hæredibus Inſtituendis.

Hæredis Inſtitutio Voluntaria

- *Eſt* futuri ſucceſſoris in teſtamento verbis directis à teſtatore, libero ejus arbitrio, facta deſignatio. *a. N. 115. c. 3. L. 62. ff. d. R. J.*
- *Spectatur l. ratione*
  - *Perſonarum Inſtituendarum, &* Hæredes *inſtitui poſſunt* omnes *qui capere ex teſtamento queunt. §. 4. I. d. hær. qual. Prohibentur autem Inſtitui Alii*
    - *Simpliciter: ut*
      - 1. *Servi*, non quivis *pr. & §. 1. I. h.* ſed *pœnæ*, i. e. qui alium Dominum non habent, quam pœnam. *l. 17. ff. d. pœn. id* verò *per N. 22. c. 8. mutatum* ſublata hac Servitute, & quoniam condemnatis ad ultimum ſupplicium etiam Jus Civitatis *hodie* plerisque in locis ſalvum eſt, hæredes ipſi *validè inſtituentur. a. P. 3. C. El. 6.*
      - 2. *Peregrini*, vel tales ab initio, vel per deportationem facti, ob jus civitatis deficiens. *l. 1. C. h. Hodie Peregrinos etiam teſtamentum facere poſſe in t. qui teſt. fac. monitum, adeoque multo minus ipſi hæredes inſtitui vetabuntur. a. §. 4. I. d. hær. qual.* Struv. *ad Ant. Matth. d. Succeſſ. c. 4. a. 1. Bannitos* verò *hæredes fieri non poſſe ex l. 1. C. h. j. O. C. Part. 2. t. 9. §. 2. colligere licet.* Gail. *d. Pac. publ. l. 2. c. 12. n. 3.*
      - 3. *Hæretici omnes*, qui tales ſunt declarati. *N. 144. c. 1. Hodie* iis accenſeri Religiones in Imperio noſtro toleratas prohibet *J. P. O. & M. art. 5. §. 35. ſive autem.*
      - 4. *Apoſtatæ*, qui fidem Chriſtianam deſeruerunt. *l. 3. C. d. Apoſt. N. 144. c. 2. j.* Richt. *P. 1. Dec. 57. n. 7.*
      - 5. *Filii Reorum Criminis Perduellionis. l. 5. §. 1. C. ad L. Jul. Maj.* non filiæ. *a. l. 5. §. 3. C. eod.* neque nepotes. *l. 6. ff. d. teſtam. tut.* hæc materia enim pœnalis & odioſa eſt. *c. odia. R. J. 6.* Rum. & Myl. *ad A. B. Part. 3. Diſſ. 4. th. 13.*
      - 6. *Collegia Illicita*, i. e. à Superiore non confirmata. *l. 8. C. h.* proinde Collegium Judæorum inſtitui nequit. Carpz. *P. 3. C. 13. d. 36.*
      - 7. S. Franciſci Fratres Capucini & Minores de Obſervantia, quatenus immobilia poſſidere prohibentur *Concil. Trid. Seſſ. 25. d. Regular. cap. 3.*
    - *Secundum quid. v. pag. ſeq.*
  - *Temporis quo in hærede teſtamenti factio paſſiva requiritur. v. pag. ſeq.*